



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

<b>Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887)</b>	
<b>Roma</b>	<b>Autoría: Carla Rubiera Cancelas</b>
República	
Ámbito: guerra, esclavitud de guerra	
<p>eodem anno de Tusculanis Flauia rogatione populi fuit iudicium. M. Flavius tribunus plebis tulit ad populum ut in Tusculanos animaduerteretur, quod eorum ope ac consilio Ueliterni Priuernatesque populo Romano bellum fecissent. populus Tusculanus cum coniugibus ac liberis Romam uenit. ea multitudo ueste mutata et specie reorum tribus circuit genibus se omnium aduoluens; plus itaque misericordia ad poenae ueniam impetrandam quam causa ad crimen purgandum ualuit. tribus omnes praeter Polliam antiquarunt legem: Polliae sententia fuit puberes uerberatos necari, coniuges liberosque sub corona lege belli uenire. memoriam eius irae Tusculanis in poenae tam atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.</p> <p>Liv. 8.37.8-12</p>	<p>Aquel mismo año se celebró, a propuesta de Flavio, el juicio del pueblo sobre los tusculanos. Marco Flavio, tribuno de la plebe, presentó al pueblo una proposición en el sentido de que se tomasen medidas contra los tusculanos porque con su ayuda y consejo los ueliternos y priuernates habían hecho la guerra al pueblo romano. La población de Túsculo, mujeres e hijos incluidos, acudió a Roma. Aquella multitud, cambiada su indumentaria por la de reos y con aspecto de tales, recorrió las tribus arrojándose a las rodillas de todo el mundo; les valió de más, por eso, la compasión para conseguir el perdón de su falta que su causa, para quedar absueltos de su delito. Todas las tribus, a excepción de la Polia, rechazaron la propuesta de ley: el veredicto de la tribu Polia fue que a los jóvenes se les diese muerte después de azotarlos, y que las mujeres e hijos, de acuerdo con el derecho de guerra, fuesen vendidos en subasta.</p> <p>Traducción: José Antonio Villar Vidal, 1993.</p>